1465 Padoue 1465 36

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem nativitatis Millesimoquadringentesimosexagesimoquinto, Indictione duodecima, die vigesimo
octavo mensis Junij, Padue in comuni palatio iuris ad officium vulpis, presentibus clarissimo legum doctore domino Daniele [illegible] quondam domini
[illegible] cive et habitatore Padue in contrata Sancti Laurentij, egregio legum doctore domino Johanne Enrico de Pucellis quondam egregij [illegible]
domini Danielis, cive et habitatore Padue in contrata sancte Juliane, et providis viris ser Aluisio [illegible] quondam ser Johannis de contrata sancti Laurentij Padue,
ac ser Francisco de Anderlinis filio ser [illegible] notario cive et habitatore Padue in contrata sancte Marie [illegible] de [illegible] et ser Johanne
Jacobo a Fenestris quondam ser Bartholomei habitatore Padue in contrata sancti Leonardi, testibus ad hec habitis, vocatis et rogatis. Cum sit quod
[illegible] ser Paulus nato habitatore in contrata Casoni sive Arcelle extra portam Candelonge campanee Padue vendiderit olim ser Bartholomeo
[illegible] pellipario certas terras infrascriptas. Et deinde ex post dictus ser Bartholomeus de terris infra descriptis vendiderit et
tradiderit olim providi viro ser Michaeli Spinee [illegible] de contrata sancte Juliane easdem terras, videlicet campos decem terre aratorie
et plantate vitibus et arboribus sitos in contrata Celle veteris campanee Padue in contrata Casoni. Quibus coheret a duabus via comunis,
ab aliis duabus partibus [illegible] monasterij Celle veteris, ab alia olim magister Bartholomeus Marsangus predictus, salvis veris confinibus,
precio librarum mille parvorum, ut apparet instrumento publico rogato manu ser Antonij de Nocenta notarij publici, anno domini nativitatis
millesimoquadringentesimoquinquagesimooctavo, indictione sexta, die undecimo Januarij. Item campum medium et tabulas septu-
aginta quatuor de campo terre aratorie et plantate vitibus et arboribus positum in contrata predicta: cui coheret ab una parte dictus ser
Michael, ab alia spectabilis miles dominus Patarinus de Buzacarinis, ab alia [illegible] Celle veteris, ab alia dictus ser Michael, salvis
veris confinibus. Et hoc precio librarum sexagintaquinque parvorum, ut patet instrumento manu eiusdem ser Antonij de Nocenta notarij
predicti, anno millesimoquadringentesimoquinquagesimooctavo, indictione sexta, die quarto mensis maij. Item ex post de dicto anno mille-
simoquadringentesimoquinquagesimooctavo, indictione sexta, die vigesimo mensis octobris, dictus ser Bartholomeus vendi-
derit dicto ser Michaeli Spinee campos quinque cum dimidio et medium quartierium de campo terre aratorie et plantate
vitibus et arboribus positos in contrata Celle veteris campanee Padue in contrata Casoni. Quibus coheret ab una parte dictus emptor,
a duabus partibus dictus venditor, ab uno capite via comunis, ab alio capite spectabilis miles dominus Patarinus de Buzacarinis,
salvis veris confinibus. Et hoc precio librarum centum parvorum pro campo et ratione campi, quod precium ascendit ad summam librarum
quingentarum sexagintaduarum et soldorum decem parvorum. Post que mortuo dicto ser Michaele, Bartholomeus nato quondam Francisci habi-
tator in contrata Arcelle sive Casoni, sive nobilis ser Lodovicus de Pallazolis quondam domini Symonis de contrata [illegible] procuratorio
nomine predicti ser Bartholomei, presentavit super dictas venditiones [illegible] olim magistro Bartholomeo Marsango per dictum Paulum nato, [illegible]
[illegible] agnationis et parentelle [illegible], [illegible] dictas terras de manibus providi viri ser Augustini de Albis [illegible] quondam ser Bon-
[illegible] et domine Lauree eius ser Augustini uxoris neptis dicti olim ser Michaelis et [illegible] heredum eiusdem ser Michaelis
[illegible]. Et exinde fuit orta lis et questio inter dictum ser Bartholomeum nato, seu dictum ser Lodovicum ex una, et dictum ser Augustinum
et dominam Lauream eius uxorem ex alia. Et tandem agitato processu causa fuit comissa consilio clarissimi legum doctoris domini
Danielis de Salla consultoris assumpti. Cuius interpositione dictus ser Lodovicus de Pallazolis procurator nomine predicti Bartholomei
[illegible] promisit de rato et ratihabitione, ac se facturum et curaturum cum effectu omni exceptione iuris et facti
[illegible] quod dictus Bartholomeus laudabit et ratifficabit et se obligabit sub penis et obligationibus in presenti instrumento expressis. Ex una,
et dictus ser Augustinus tamquam maritus et legitimus administrator dicte domine Lauree uxoris sue, ac nomine suo proprio ex alia,
cupientes parcere sumptibus et expensis et angustias litium removere, ad hanc compositionem, transactionem et pactum devenerunt, ut
ipsa videlicet quod terre predicte sint et remaneant libere dicti Bartholomei nato. Et sic dictus ser Augustinus nomine suo proprio et ut
maritus et legitimus administrator uxoris sue dedit, tradidit et remisit ipsi ser Lodovico dicto procuratorio nomine acceptanti ipsas
terras. Ita ut de cetero dictus ser Bartholomeus sui quoque heredes et habentes causam ab eo eas habeant, teneant et possideant ac deinceps
quicquid placuerit faciant et disponant. Cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent plures
aut veriores, et cum accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, ac cum omnibus et singulis que dicte terre habent super se vel infra
se, seu intra se in integrum omnique iure et actione, usu seu requisitione, ac cum omnibus suis adiacentiis quolibet spectantibus
[illegible], exceptis tamen fructibus et redditibus dictarum [illegible] pro anno presenti solummodo, qui sint et esse debeant dicti ser Augustini et domine
Lauree uxoris eius, quia sic expresse actum extitit et conventum. Cedens insuper nichilominus et transferens dictus ser Augustinus
dicto nomine ipsi ser Lodovico nomine quo supra stipulanti et recipienti omnia et singula sua iura omnesque suas actiones reales et
personales, utiles et directas et mixtas et hypothecarias, pretorias et civiles, que et quas habent, habebant et habere possent et possunt
ipsi ser Augustinus et uxor eius contra heredes magistri Bartholomei Marsangi venditoris supradicti, possendi exigere omne illud plus
quod [illegible] de pluri; et quod [illegible] ex venditione facta dicto olim ser Michaeli maiori precio quam emisset a dicto Paulo, et omnia alia
sua iura et actiones cuiuscumque generis que et quas habent et habere possent contra quascumque personas occasione dicte terre et ratione [illegible]
[illegible]. Constituens quoque ipsum ser Lodovicum dicto nomine procuratorem ut in rem suam, ita quod amodo dictus ser Lodovicus dicto nomine seu dictus ser
Bartholomeus ac heredes eius possint adversus quoscumque agere, petere, defendere, exigere, consequi et se tueri ac omnia et singula in iudicio
et extra dicere et facere quemadmodum ipse ser Augustinus et domina Laurea facere possunt et potuissent. Et hoc ideo quod dictus ser Lodovicus
dicto nomine dedit et solvit ipsi [illegible] ipsi ser Augustino presenti et recipienti nomine suo proprio ac tamquam marito et legitimo administratori
dicte domine Lauree uxoris sue libras millesexcentumvigintiseptem et soldos decem denariorum parvorum [illegible] in monetis aureis et argenteis [illegible]
et redditus [illegible] de [illegible] depositatis alias penes egregium legum doctorem dominum Johannem Enricum de Pucellis [illegible] presentatoris facte,
et [illegible] non. Et hoc pro toto precio supradicto exbursato per dictum olim ser Michaelem Spinea in dictis terris. Quas petias terre dictus
ser Augustinus se precario nomine dicti ser Lodovici dicto nomine constituit possidere, donec idem ser Lodovicus dicto nomine aut idem ser Bartholomeus
possessionem acceperit corporalem; quam accipiendi et deinceps perpetuo retinendi licentiam et potestatem dedit omnimodam. Promittens quoque
ipse et suos heredes et legitimo administratorio nomine uxoris sue predicte ipsi ser Lodovico dicto nomine stipulanti litem, questionem vel controversiam
ipse vel alium ullo tempore non inferre, et inferenti nullatenus consentire, immo se opponere semper quoque legitime defendere, auctorizare et
disbrigare ab omni homine, comuni, collegio et universitate, lite et questione omnibus suis et sue uxoris periculis, laboribus et expensis. Et de evictione si con-
tigerit legitime satisfacere. Et hoc tamen [illegible] ex facto ipsius olim ser Michaelis et ser Augustini et domine Lauree tantummodo. Et pro obligationibus
[illegible] iuris et facti a predictis et non aliter nec alio modo. Que omnia et singula suprascripta et in hoc instrumento contenta dicte partes
sibi invicem et vicissim notis quibus supra promiserunt una alteri firma, rata et grata perpetuo habere, tenere, attendere, observare et adimplere,
in nullo quoque contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa de iure vel de facto. Sub pena librarum viginti quinque parvorum et refectione
omnium dampnorum, interesse et expensarum litis et extra, solemni stipulatione promissa, totiens quotiens fuit contrafactum vel ventum, qua pena soluta
vel non, et predictis damnis, interesse et expensis refectis vel non, nichilominus presens contractus suum obtineat plenum robur. Pro quibus omnibus et
singulis melius firmiter attendendis et observandis obligaverunt sibi adinvicem et vicissim se suosque heredes et omnia sua bona mobilia
et immobilia presentia et futura. Et se ad guarendum, fortabeniendum et tenuta de suis bonis accipiendum semel et pluries usque ad integram
solutionem et satisfactionem omnium ac promissorum ut supra, singula singulis referendo. Quam solutionem et satisfactionem facere vicissim sibi invicem
promiserunt Padue, Venetijs, Bone, Tervisij, Vincentie, et generaliter ubique locorum et terrarum ubi requisitus fuerit, privilegio in contrarium
non obstante. Cui et omnibus ferijs, diebus feriatis, statutis, ordinamentis et reformationibus consilij et statutis comunis Padue omnique alij
suo iuri, auxilio, beneficio et exceptioni eius et cuilibet eorum quolibet competentibus et competituris per pactum speciale et expressum stipulatione
vallatum renuntiaverunt.

Eisdem millesimo et indictione ac loco, presentibus egregio legum doctore domino Philippo a Comitino quondam ser Manfredi habitatore Padue in
contrata sancte Lucie et ser Jacobo a Comitino quondam ser Johannis Francisci lanario cive et habitatore Padue in contrata Fallaroti, testibus ad hec habitis,
vocatis et rogatis. Ser Bartholomeus nato quondam Francisci suprascriptus, certificatus de suprascripto instrumento transactionis et omnibus
et singulis in ipso instrumento contentis, sponte laudavit, ratifficavit et approbavit dictam transactionem et predictam solutionem et omnia ac
singula in suprascripto instrumento contenta, promittens quoque per se et suos heredes dicto ser Lodovico pro se et suis heredibus stipulanti, ac michi no-
tario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest et intererit, se de predictis
vel aliquo eorum litem, questionem vel controversiam per se vel alium ullo tempore non inferre, et inferenti nullatenus consentire. Immo presentem rati-
ficationem et suprascriptam transactionem ac omnia et singula suprascripta in suprascripto instrumento contenta firma, rata et grata perpetuo
habere, tenere, attendere, observare et adimplere, in nullo quoque contrafacere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de iure vel de
facto, sub penis et obligationibus in suprascripto instrumento transactionis contentis. Obligans insuper pro predictis omnibus et singulis se suosque heredes
et omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura. Et se ad guarendum, fortabeniendum et tenutam de suis bonis accipiendum semel
et pluries usque ad integram solutionem et satisfactionem omnium ac promissorum. [illegible] quam facere promisit per stipulationem Padue, Venetijs,
Bone, Vincentie, Tervisij, Mantue, et generaliter ubique locorum et terrarum fori, privilegio in contrarium non obstante. Cui et omnibus ferijs
et omnibus alijs beneficijs et exceptionibus tam super expressis quam quibuscumque alijs beneficijs et exceptionibus sibi quolibet competentibus et
competituris per pactum speciale et expressum stipulatione vallatum renuntiavit.

Jo. ba.

Ego Johannesbaptista filius olim providi viri ser Francisci de Ineximo, origine civis et habitator Padue in quarterio Pontis
Altinati, centenario Sancti Blasij, at contrata Fallaroti, publicus imperiali auctoritate notarius suprascripta omnia fideliter scripsi
et in hanc publicam formam redegi, signumque meum in margine inscribens consuetum.